



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniæ Agrippinæ, 1707

Q. 42. An dans operam rei illicitæ, quæ non est contra justitiam, & per hoc causans damnum alteri, teneatur restituere.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42561

Q. 42. An dans operam rei illicitæ, quæ non est 165
 contra justitiam, & per hoc causans damnum alteri, te-
 neatur restituere, uti si Titius noctu labore die fe-
 sto, & ita incendat suam & Caji domum. R. Non
 teneri, est communis cum Gob. in clyp. p. 2. n.
 262, Ratio est, quia non peccavit contra justiti-
 am, sed tantum contra religionem: ut tamen
 ista melius explicentur, adde seqq.

1. Si noctu volens cum lumine accenso in- 166
 gredi domum Caji ad furandum, casu accende-
 ris horreum Titii, non teneris hoc damnum
 compensare Titio, quia non est secutum ex for-
 mali injuria contra Titium, quod magis confir-
 mabitur ex dicendis à n. 200.

2. Si volebas noctu furari Caio pannum, & 167
 cum lumine accenso ingressus, casu incendas ejus
 domum, non teneris Caio compensare damnum
 incendii domus, uti cum communi *Persch.* p. 163.,
 quia incendium non prævidisti, & gestatio lumi-
 nis non erat formalis læsio juris, quod Caius ha-
 bebat ad domum suam, hæc enim gestatio non
 afferebat proximum periculum incendii domus,
 & tu adhibuisti ordinariam diligentiam, ne in-
 cendium causaretur, uti suppono. Idem est, si in-
 gressus domum ad furandum, præter volunta-
 tem allifisti pedem ad aliquid & fregisti, uti con-
 tra *Mol.* docet *Dicast.* de Rest. d. 3. n. 72.

3. Inposito jam casu, si ingressus domum 168
 Caji ad furandum pannum, antequam fureris,
 casu incendas domum Caji, cum qua pannus
 comburatur, etiam non teneris restituere pre-
 tium panni, quia obligatio restituendi non ori-
 tur ex affectu furandi, sed ex furto in effectu posi-
 to, quod hic non fuit. Quòd si jam antè appre-
 hen-

hendisses pannum, necdum tamen deportasses aliò, sed dum plura vis accipere, casu orto per candelam à te illatam incendio combureretur te invito etiam pannus, adhuc non tenereris restituere pretium panni, quia tua acceptio non fuisset causa efficax damni, pannus enim eodem modo fuisset comburendus, quamvis non attigisses, & gestatio candelæ non faciebat proximum vel prudens periculum incendii, sed per accidens illud causatum est.

169 4. Si furaturus noctu intraisti domum Caii aperto clam ostio, & postea egrediens relinquas ostium apertum, satis sciens periculum inde esse, ne etiam alii ingrediantur & furentur, si hoc fiat, teneris etiam ad hæc damna ab aliis furibus illata, quia actio aperiendi ostium & relinquendi apertum erat contra jus, quod habebat dominus ad conservationem rerum in domo sua clausarum, exponebas enim domum prudenti & proximo periculo direptionis, & quidem per se, quia occasio aperti ostii est de se allectiva furis. Omnia hæc dicta docent, & pluribus proponunt Lugo d. 18. à n. 86. Dicast. à n. 70. Tambur. L. 6. c. 4. §. 2. Sporer t. 4. c. 2. à n. 193.

170 Q. 43. *Quam culpam supponat obligatio restituendi ex acceptance vel damnificatione iniusta.* R. §. 1. Culpa alia dicitur Theologica alia Juridica: Theologica, est peccatum seu offensa Dei; Juridica, est omissio diligentiae debitæ, ex qua omissione sequitur incommodum, & dicitur 1. latissima, si sit apertus dolus; qui si fiat solo animo, dicitur calliditas; si verbis mendacibus, fallacia; si factis, fraus seu dolus falsus; si arte verborum

fine